
NIC. PETRÆUS HOLS
DISS. PHYSICARUM
22da DE FULMINE, TONI-
TRUO ET FULGURE


ROSTOCHII 1596

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 209 [20,-209 4°]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 209 [20,-209 4°]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 209 [20,-209 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 209 [20,-209 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 209 [20,-209 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 209 [20,-209 4°]

20-209
4°
(LN bis 209)

DA BOX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 209 [20,-209 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 209 [20,-209 4°]

CARL LUND

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 209 [20,-209 4°]

Diſputationum Phyſicarum

Viceſima ſecunda:

DE FVLMINE, TO-nitruo & Fulgure:

pro quâ

In florentißimâ Roſtochienſi Academiâ

Auxiliante

DEO OPT. MAXIMO

Præſide

M. NICOLAO PETRAEO

Huſano Holſato

Reſpondebat

BERNHARDUS MONICHIUS Lubecenſis.

In privato Collegio 28. Decemb. Anno 1596.

ROSTOCHII

Typis Stephani Myliandri.

1600

20.-209

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 209 [20,-209 4°]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS
B.R.H.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 209 [20,-209 4°]

Theſis I.

Ita de meteoris igneis ſupremæ aëris regionis præcedentibus duabus diſputationibus docuimus: conſequens, eſt ut aliquot diſputationibus de meteoris Mediis, in mediâ aëris regione generatis, doceamus.

2. Dicuntur media tum à loco, in quo generantur, ſcilicet mediâ aëris regione, tum à materiâ, ex quâ fiunt: naſcuntur enim vel ex utrâq; exhalatione, fumo ſcilicet calido & ſicco, & vapore calido & humido: vel ex concurrentibus aliis quibusdam.

3. A naturâ ſuâ vel ſunt ignea, vel aërea, vel aquea.

4. Ignea ſunt Fulmen, Tonitruum & Fulgur. De iſtis hac diſputatione agemus. De aereis & aqueis in ſequentibus.

5. Inter omnia meteora nullum magis terret homines & animalia, nullum magis deturbat ſuprema & inferna, quam Fulmen.

6. De hoc, Tonitruo & Fulgure, antequã communis ſententia proponatur, iſtorum diſcrimen, ne confundantur, advertendum eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 209 [20,-209 4°]

7. Fulmē eſt exhalatio ſeu ſpiritus & ignē & fragorem gignens, & alia ſtupenda operans. Fulgur eſt horrendus exhalationis ardentis, & ex nubibus cum maximo plerūq; ſonitu erumpentis ſplendor. Tonitruum eſt horrendus ille fragor, hominibus & animalibus horrorem incutiens. Licet ſæpe Fulmen & Tonitruum non diſtinguantur.

8. Iam Fulmen eſt meteorum igneum fumo cum vapore conjuncto conſtans, quod mediæ regionis aeris frigore ſeu nube frigidâ & denſâ concluſum, & vel motu, vel ἀντιπεριστάσει incenſum ſummo fragore & conatu exitum quærit.

9. Cauſſa efficiens fulminis prima eſt Deus. Iob. *38.* v. *35.* Secunda duæ contrariæ qualitates, Calor & Frigus. Calor ſcilicet fumi, frigus tum vaporis, tum nubis, & mediæ aeris regionis fumū ſeu exhalationē obſidens, conſtringens, accendens & egredi faciens.

10. Materia eſt fumus ſeu exhalatio calida & ſicca cum vapore quodam conjuncta ſeu permiſta.

11. Mo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 209 [20,-209 4°]

11. Modus generationis fulminis talis eſt. *1.* Fumus cum vapore conjunctus in mediam aeris regionem educitur. *2.* Vapor frigiditate loci iſtius condenſatur & in nubem ſpiſſam & frigidam cogitur & fumum concludit.

12. *3.* Fumus ita in anguſtum locum redactus interiore calore frigori prementi renitente magis æſtuat, & ſpiritu concitato in nube exitum quærit. *4.* Exſtimulatus à frigore, huc illuc agitatur, & tandem ἀντιπεριστάσει præcipuè frigoris accenditur.

13. *5.* Accenſus latera nubis impellit, & eandem magnis ictibus concuſſam violenter perrumpit: atq; in terram plerumq;, ut vehementiori ictu vibratum, eliditur. Ita deniq; verè fulmen factum eſt.

14. Sed antequam plura de fulmine dicãtur, rectiſsimè ob perſpicuitatem, quid Tonitruum & Fulgur ſint, hic explicatur: hæc enim duo ſub ſe complectitur Fulmen.

15. Tonitruum nihil aliud eſt, quam magnus ille & horrendus fragor, qui in fulmine auditur. Et fit duobus modis, vel per fumos

mos nubem nondum diſruptam vehementibus ictibus concutientes & magnos fragores edentes: vel per fumos ex nube diſruptâ exeuntes & violentâ compreſsione horrendos fragores producentes.

16. Sic quid ſit Tonitruum apertè intelligitur: quod hic ſufficiat. Diviſiones illius inſtituere non licet.

17. Fulgur, quod aliàs coruſcatio dicitur, eſt fumi accenſio, ſeu horrendus & ingens ille in fulmine ſplendor.

18. Fit etiam duobus modis. *1.* Cum fumus intra nubem concluſus vehementi agitatione accenditur: tum rimulæ nubium igneæ coruſcant. *2.* Cum fortiſsimus fumus prorumpit extra nubem, & tunc primum agitatione accenditur; & tonitru conjunctum habet.

19. Hic tria hæc notanda ſunt. *1.* Tonitruum interdum fit absq; fulgure: cum ſcilicet fumus eſt tenuis atq; minus fortis, licet nubes ſit ſpiſſa: in quâ diſcurrit & tandem diſsipatur.

20. *2.* Interdum fit fulgur ſine tonitruo, cum

cū nubes adeò rara eſt, ut fumo diſcurrenti facilè exitum præbeat, qui nihilominus ita affectus eſt, ut ignem poſsit ſuſcipere.

21. 3. Cum tonitruum & fulgur conjunguntur, tonitruum tempore prius eſt fulgure: fulgur autem prius videtur. quod viſui auditum antevertenti rectiſsimè Ariſtoteles adſcribit.

22. Porrò Fulminis varia numerantur genera. Tria præcipuè ſunt, pro ratione inflammaiionis inter ſe differentia.

23. Primum eſt Tenebrans ſeu infuſcans, quod fulminata ſeu res contactas tantum amburit & infuſcat.

24. Secundum eſt Urens, quod propter materiam craſsiorem corpora præſertim ſolidiora vel accendit, vel diſſolvit, vel notâ quâdam ſtringit.

25. Tertium eſt Diſsipans, quod propter magnam ſiccitatem, & ſpirituum, quos ſecum trahit, copiam, parum urit, omnia cōvellit & diſcutit.

26. Miræ eſt efficaciæ hoc genus. Ob puriritatem & ſubtilitatem omnia penetrat. Ani-

malia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 209 [20,-209 4°]

malia interficit abſq; vulnere: liquefacit aut frangit gladium, vaginâ manente illæsâ.

27. De tempore ſciendum, apud nos in æſtate fulmina crebriora fieri: in vere & autumno rariora: in hyeme rariſsima, & ferè non niſi miraculoſa.

28. Finis fulminum Theologicus eſt. *1.* ut impii ab improbitate deterreantur. *2.* Pii in timore retineantur. *3.* Potentia Dei declaretur. Phyſicus eſt, ut propter materiam ſignificent, aërem fuiſſe venenatis exhalationibus infectum.

29. Effectus fulminum varii ſunt. Naturalis, quod aërem purgant. Miraculoſus, quod fætus in utero ſalvâ matre interimitur, & ſimiles.

30. Hujus enim & ſimilium effectuum cauſſæ quædam phyſicæ etſi dari poſſunt: rectiſsimè tamen ad effectus miraculoſos referuntur. Tantum de fulmine.

Quæritur

I. An Ceraunium ſeu lapidem fulmineum naturaliter in aëre generari poſſe admittendum ſit?

II. An ferrum ſeu chalybs fulmineus in aëre generari poßit?

III. An cauſſa firma dari poßit, quod Ceraunius raro ultra quinq; pedes in terram deſcendit?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 209 [20,-209 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 209 [20,-209 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 209 [20,-209 4°]